Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



375

cus homo hoc fecit. Si
ui aut dixerunt ei. Vis
mus et colligimus ea.
Et ait. Non: ne forte co
lligentes zizania. eradicetis simul cum eis
et triticum. Sinite utraque
crescere usque ad messem.
et tpe messis dicam mes
soribus. Colligite primum zizania et alliga
te ea fasciculos ad combuendum: triticum autem con
gregate in horreum meum
Feria. vi. Ad Corinthios
Fres: Nescitis quia
iniqui regnum dei
non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarii. neque ydolis seruientes. neque adulteri. neque molles neque masculorum concubitores: neque fures: neque ebriosi: neque maledici: neque rapitores regnum dei possidebunt. Et hec quidem fuis

tis. sed abluti estis. sed sanctificati estis. sed iustificati estis in nomine domini nri ihu xpi et in spiritu dei nri.
A illo tpe. S. Matheum.
Dixit ihs discipulis. Simile est regnum celorum grano sinapis: quod accipiens homo seminauit in agro suo. Quod minimum quidem est omnibus seminibus. cum autem creuerit maius est omnibus oleribus: et fit arbor ita ut volucres celi veniant et habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum celorum fermento: quod acceptum mulier abscondit in farine satis tribus donec fermentatum est totum. Hec omnia locutus est ihs in parabolis ad turbas. et sine parabolis non loquebatur eis vt impleretur quod dictum erat